

De modo generationis, sationisq; in arboribus.

CAPVT I



R B O R V M , & summatim plantarum generationes , aut sponte , aut semine , aut radice , aut auulione , aut ramo , aut surculo , aut ipso truncō factitan̄ , aut etiam ligno minutatim conciso : nam eo quoque modo planta exoritur . Sed principatum in his spontanea obtinent . Quae uero semine , radiceq; fieri solent , naturales maxime , inter reliquas esse appareat : nam ipsæ quoq; spontaneæ quodammodo sunt , & sylvestrium ob id generi accommodantur . Reliquæ autem hominū arti , aut electui pertinent . Singula igitur modo ex prædictis aliquo erumpunt , sed pars maior plurib; sanè modis pro creatur . Olea enim omnib; prouenit rationib; , præterq; surculo : defixa enim nequit germen citare , ut ficus ex crada , & punica ex uirga . Quanq; nonnulli adminiculo quoq; defixam ad ederam , uitam egisse communem , factamq; arborem affirment . Sed id raro : illud uero ex maiore parte à natura factitari uidemus . Ficus quoque omnib; modis emergit , præterq; ex ramo & surculo . Mālus & pirus , raro ex ramis . Cæterū cuncta magna ex parte , his quoq; enasci contingit , modò leues , nouelli , facileq; aucti es petantur . Verū illi prouentus magis naturæ conueniunt . Cōtingens autem pro possibili accipi ratio est : quippe cum in totum , quæ ex supernis potius enascantur , paucissima sint : quemadmodū que ex palmitib; uitis prouenient : ista enim nec ex prora , sed ex palmitib; exit , & si quid aliud eiusmodi annotetur , seu arbor , seu suffrutex : ut ruta , uiola , sisymbrium , serpyllus , elenium . Omnia itaq; communis maxime generatio , quæ auulione , atq; semine fiat . Omnia uero , quæ semen ferunt , semine quoque gignuntur . Nasci & laurum ex auulione affirmant , si quis sublatis surculis serat : sed quod auellitur , radicis , aut stipitis aliquid habeat oportet . Fieri tamen potest , ut & absq; eo , tam punica , quam mālus uerna exoriatur . Amygdala quoq; sata exurgere potest . Sed plurimis ferè modis uenire olea , uidetur : nam ex truncō , ramo conciso , radice , ligno , uirga , item adminiculo , quemadmodū diximus . Myrtus inter cætera huic maxime similis : nam & ligno , & ramo prouenit . Ligna tam eius , q; oleæ , palmo minora diuidi haudquaq; oportet , neq; cortex detrahi debet . Arbores modis prædictis exeunt , atq; concrescunt : insitiones enim aut inoculationes , misturæ quædam , aut alio pacto generationes esse uidentur : de quibus postea dicemus .

Quomodo suffrutices herbæ iterumq; arbores nascantur.

Cap. II

Vffruticum autem , atq; herbarum pars maior semine , radiceq; nascitur , quædam etiam utroq; : nonnulla tamen ex germinib; , ut dictum iam est . Rosa & liliū , caulis concisis , ut etiam gramen exeunt : caule quoq; toto propagato , rosa & liliū nascitur . Peculiaris maxime generatio , quæ ex lachryma fit : quippe liliū ita exire uidetur , cum id quod defluxit , sole exaruerit . Lachrymam quoque equapij uim eandem sortiri uolunt : etenim lachrymam id quoque emittit . Proutem & quoddam harundinis genus , si quis in obliquum colos præcisat , fimo , terræq; abscondat . Peculiare quoque in ijs , quæ radice capitata cohærent , ut ex radice proueniant . Cum autem uis genitalis tot modis comprehendatur , arborum pars utique maior , quemadmodū paulò ante retulimus , pluribus modis apta est exoriri . Sunt tamen , quæ ex semine tantum nascan-

nascantur, ut abies, pinus, larix, summatim omnes coniferae, item palma: ni forte apud Babylonem e uirgis quoque proueniat, sicut nonnulli asseuerant. Cupressus ceteris quidem in locis semine prouenit, in Creta autem insula etiam trunco, ut mons tosa in Tarra. Apud hos enim cupressus caeda est, quae ex cæsura germinat, modis omnibus praecisa: nam & ab terra, & parte media, & superna: nonnusquam loci uel ex radicibus germinat, sed raro. De robore diuersa sententia est, quidam enim ex semine tantum eam produci statuunt, alij ex radice quoque, sed lente: nonnulli etiam ipso caudice detruncato, auulsione, aut radice, nihil ex ijs, quae ab imis plantigera non sint exoriri posse arbitrantur. Cunctorum autem, quorum generatio numerosior est, quae auulsione, atque etiam magis quae sobole perfici potest, oxyssima, & auctu per facilis est, si ab radice soboles accipiatur: & quae sic, aut ullo pacto plantis serantur, haec omnia fructus similes afferre uidentur.

*Quamobrem degenerent interim sata, & que non degenerent, sed melioreas
scant quoque, & hoc in arboribus. Cap. III*

Quae autem fructibus eorum, quae sic quoque proueniunt, sata sint, haec (ut ita loquar) omnia deteriora redduntur. Quaedam etiam omnino degenerantur, ut uitis, malus, ficus, punica, pirus: quippe cum ex grano ficario nullum penitus genus procreetur, sed caprificus tantum, aut ficus sylvestris erupit: colore etiam saepenumero discrepans, ex nigra enim candida, & ex candida nigra gignitur: ex uite quoque nobili, ignobilis, & saepe diuersa genere exit. Nonnunquam nil penitus urbanum, sed plane sylvestre prouenit: & adeo quandoque, ut fructus perfecte minime queat. Quaedam fructus ne compilare quidem ualent, sed ad florem usque tantummodo ueniunt. Nascitur ex nucleo quoque oleae, sylvestris olea: ex acinis malii punici glaucis uilia exeunt, & ex enucleatis dura, & plerunque acida: eodem modo ex piro uitiatum pirastrum: ex malo tum deterius genere, tum acida ex dulci: & cotonea ex struthaea. Amygdala quoque degenerat, tum sapore, tum quod dura ex molli redditur. Idcirco adultam inserere, aut plantam saepius transferre precipitum. Quercus quoque de terior exit: itaque cum plerique ex ea, que in Epyro nascitur, seruissent, nullo pacto prouenire similis potuit. Laurum, atque myrtum praestare interdum inquiunt, sed magna ex parte eas quoque degenerare, ne colorem quidem seruare, sed ex fructu rubro fieri nigrum, ut in Antandro. Plerunque cupressum quoque ex foemina, marem prouenire affirmant. Palma inter ea, quae semine exeunt, & pinus conifera, & picea, tineofa maxime (ut sic loquar) persistere in totum uidentur. Haec igitur inter ea, quae mansue scere patiuntur. Inter ferores autem plures genus suum seruare possunt, scilicet uirium portione, utpote cum natura ualidiores sint: contrarium enim haud probe putaueris, nullam scilicet posse in illo ordine degenerare, atque omnino inter eas, quae semine tantummodo exeunt, nisi quod cultura ualeat immutari. Loca quoque a locis differunt, et aer ab aere: quibusdam enim in locis regio similia proferre uidentur, ut etiam in Philippis: econtrario uero pauca, paucisque in locis mutantur, ut ex semine sylvestri urbanum, aut ex deteriori absolute gignantur melius: id enim de punica tantum in Aegypto Ciliciaque eueniire accepimus. Namque in Aegypto acidam tum semine, tum planta in dulcem quodammodo, aut uinolentam conuerti. Cilicie uero circa Solos, iuxta amnem Pinnarum, quam contra Darium dimicatum est, omnes sine nucleo surgunt. Quod si quis etiam palmam nostratem in Babylone serat, reddi fructiferam, & loci illius domesticis similem, consentaneum est. Eodem modo, & si qua alia tellus ad aliud fructum ita se habet: etenim omni cura, culturaque exuberanter iste persistit: indicium quod ea quae aliorum inde transfruentur, ptinus sterilescunt: quaedam etiam germinis infœcunda omnino redduntur: quin & alimento, ac reliqua opera permutantur: & ut sylvestres mitescant, & urbanarum ipsarum

THEOPHRASTI DE HISTORIA

quædam neglectæ immiteſcant, ceu punica, amygdala. Quidā etiam ex ordeo, triti-
cūm: & ex tritico, ordeum gigni, eodemq; fundo id fieri aiunt: sed hæc pro fabulo-
ſis quibusdā accipies. Quæ enim hunc in modum mutari poſſunt, ſponde ſanē mu-
tari oportet. Diuerſitate autem regionis mutatio ſequitur, ut in Aegypto & Cilicia;
de punica diximus nulla adhibita cultura. Eadem ratio ubi fructiferæ ſterileſcant,
ceu perſicum Aegypti, & palma in Græcia: & ſi quis eam, quæ in Creta iſula po-
pulus nigra uocitetur, tranſtulerit. Quidam & ſorbum ſterileſcere uolunt, ſi ad loca
feruentia uenit: hæc enim ſua natura, frigida quærerit. Vtrunque ex contrarietatibus
accidere ratio eſt, ſiquidem nonnulla ſolo mutato, naſci omnino recuſent. Mutatio-
nes, pro ſoli natura, tales profeſtō accidunt: pro ſatu autē, quæ de ſemine diximus.¹⁰
Nam & eorū, quæ ſemine ſeri poſſunt, numeroſa notatur mutatio. Punica & amy-
gdala, cultura mutantur: punica, ſi ſimum ſuillum, aquarūq; fluentium copiam adi-
piſcatur: amygdala, ſi quis paxillum adigat, lachrymamq; defluentem diutius aufe-
rat, reliquumq; cultum impendat. Parī modo, quæ ex ſyluestribus mansueſcunt,
aut ex urbanis tranſeunt in ſyluestres, quædā cultu, quædā autem neglectu mutan-
tur: niſi quis non mutationes quidem illas, ſed clementia, ſive accessiones in melius,
deterius ſue putauerit. Neq; enim oleaster, olea: nec pyraster, pirus: nec caprificus, fi-
cus fieri potest: quod enim oleastro accidere dicunt, ut ſi ſurculos decidas, aut in to-
tum transferas, germen oleagineū proferat, magna quædam mutatio eſt. Sed hæc
utro modo accipi debeant, nihil referat.

20

Oſtentā in arborib⁹. Cap. IIII

AD hæc fortuitam quoq; mutationē fieri aiunt interdū fructuum, non-
nunq; arborum ſummatim ipsarum: quæ quidē aruſpices oſtentā eſ-
ſe existimant: exempli gratia, punicū acidum edere dulce, & dulce aci-
dum: rursus arbores ipsas, ut ex acida dulcis, & ex dulci acida ueniat:
ſed deterius in acidam, q; in dulcem mutari. Item ex caprifico, ſicum, &
ex fico, caprificum: ſed de fico in caprificum deterius, & ex olea, oleastrum: & ex ole-
astro in uicem oleam, quod raro euuenit. Rursus ſicum ex candida, nigram, & ex ni-
gra candidam: parī etiam modo, ut ex uite. Ergo hæc tanq; prodigia, & præter natu-³⁰
ræ normiam accidere arbitrantur: ſolita uero, nullo pacto mirantur, ut quod in uite
quam capneium uocant, cernitur: nam ex nigro racemo, candidū, & ex candido, ni-
grum, hæc præstat. Neq; enim aruſpices iſta interpretant̄, quoniam ne illa quidem,
quæ ratione regionis mutari ſoleant, quemadmodū punicam in Aegypto mutari
propoſuimus: ſed hic ita fieri mirum, quoniā una tantum, aut duæ, & hæc raro per
uniuersum tempus mutantur. Et ſi aliquando ita fit, in fructibus potius diſcri-
men, q; in totis arborib⁹ percipitur. Nam talis quoq; rei temeritas, fructibus nonnunq;
contingit, ut ſicus poma auerſa ramulis ferat, & punica, uitisq; caudice ſuo fructiſi-
cent: ad hæc uitis fructum abſcq; folijs produxit: olea, folijs amissis fructiſcauit, quod
& Thessalo Pifistrati filio accidiſſe prodiſtū eſt. Nonnunq; ratione hyemis, aut alias ⁴⁰
ob causas quædā accidunt, quæ normæ naturali incongrua iudicantur: cum tamen
non ita ſit, ut olea penitus aliquando aduſta, regerminauerat tota. Bœotiq; uero ger-
minibus omnibus à locuſtis derosis, iterum germinauit. Sed hæc haudquaq; pro ab-
ſurdis animaduerti forſitan debent, quippe cum ad maniſtaſ cauſas redigi poſ-
ſint. Sed potius, ſi non ex proprijs locis fructiſcent, aut non fructuſ proprios ferāt,
natura tota immutatur, ut diximus. Mutationes arborum tales adnotantur.

Quæ herbæ degenerent, melioreſcāntue: Siſymbrium in mentam, triticum in lolium,
legumina coſtibilia, & incoſtibilia, & quo paſto craffeſcant. Cap. V

Ex reſ

Ex reliquis autem platis, sisymbrium, nisi cultura coherceatur, in mentem mutari uidetur. Quamobrem saepius id transferre consueuerunt. Triticum in lolium transit. Sed haec in arborum genere, si ita sit, sponte, fortuitoque eueniunt. Annuis autem paratu quodam, & opera contingunt, ut tipha, semenque mutari in triticum solent, si pistas ferantur: idque non protinus, sed anno tertio. Quod similiter ferre fit, atque cum semina ratione locorum permutantur. Nam ea quoque singulis in locis temporis spacio pari ferre, atque tipha mutantur. Triticum quoque sylvestre, & ordeum, culta & mitigata per temporis tantundem mutantur, & haec fieri mutatione loci, culturaque uidentur, 10 Nonnulla etiam utroque modo. Quaedam cultura tantum, ut leguminosae incoctibilia fiant, nitro pridie macerata ferere in sicca tellure, praecipiunt: lente, ut crassescat, paxillo demittunt: cicer, ut grandescat cum putaminibus madefactum obseritur. Temporum quoque ratione semina immutantur, ut leuiora, facilioraque reddantur: ut si eruum quis Vere ferat, facile, gratumque exit, non graue, quemadmodum si autumno feratur. Fit & in oleribus culturae causa mutatio, ut apium, si satum conculetur, cylindroque spissetur, coqueturque, crispum inquiunt prouenire. Mutantur item, regione, tellureque mutata, ut etiam cetera. Haec esse omnium communia constat. An uero ob aliquam offendam, aut demptionem partis, arbor reddi infocunda possit, quemadmodum animalia, praetermittendum non est. Ergo secundum reditam illam diuisionem, nihil ad plus minus ueferendum causa detrimenti notatur, sed aut totum perit, aut incolume perdurans fructificat. Senecta uero communis quaedam corruptio generibus omnibus accidit; absurdum uero plantas sponte ori, mutarique appareat.

In animalium genere mutationes.

Cap. VI

Nam in animalium genere potius huiusmodi fieri mutationes naturales, pluresque profecto cernuntur. Quaedam enim temporis ratione mutari uidetur, ut accipiter, upupa, & similes uolucres. Item pro locorum mutatione, ut coluber stagnis exiccatis marcescit. Evidenter uero nonnulla cum in generatione consistunt: mutatur enim per animalia plura, ut cum extinea eruca, tum ex ea papilio gignitur: inque alijs pluribus hoc evenire notatum est: sed forte id non absurdum, nec simile huic quod quaerimus est.

De satu, & scrobibus, & radice, & positu arborum, & satione ficus.

Cap. VII

Verum ita arboribus summatimque omnibus terrae stirpibus euenit, ut ante iam dictum est, quo sponte germinet facta mutatione quadam, ex cuius aspectus coelestis, generationes, mutationesque hisce contemplandum. Cum uero cultus, operaque plurimum ualeat, atque etiam magis satus magnas differencias faciant, de his quoque referre condecet, & primo de satu. Ergo tempora ante exposuimus, quibus plantas quamprimum petere conueniat, & a solo simili eius quo serendum statueris, aut etiam deteriore: scobes uero tempore ante longissimo, atque altius semper defodiendum, etiam ijs, quae telluri summam adhaerent. Radicem autem nullam altius descendere ternis semipedibus quidam uolunt: itaque illorum consilium improbat, qui altius ferunt, sed haudquam recte id affirmasse in plerisque uidentur. Nam si aut solum altum, aut regionem commodam, aut etiam terram facilem nanciscatur, multo longiorem radicem impellunt, quae scilicet apta sint stirpe alta adhaerere. Pinum itaque uecte solicitata, quo transferretur, longiorem quam octo cubita radicem habere quidam uidisse retulit, quanquam non totam resosam, sed abruptam. Plantas, si fieri possit, corpore fibrato capi opor-

tet: sin minus, ex parte potius inferiore, quam superiore assumes, praeterq; in uite. Et fibratas in recto demittendum: at infibres, aut ad palmi magnitudinem, aut plus paulò sternendum. Quidam etiam fibratas ipsas sternendas præcipiunt. Positum quoq; obseruandum ex aequo, quem arbores nonnullæ haberent, aut in aquilonem ueræ, aut in orientem, aut in meridiem. Plantas etiam ipsas uiu iradices faciendum, quæ scilicet pati hoc ualeat: alias apud arbores ipsas, ut oleas, piros, mállos, fícus: alias exemptas, ut uites: quippe cum istæ apud parentem uiu iradices minime effici possint. Si autem plantæ fibratae, aut particula stipitis suffultæ, accipi nequeant, ut oleæ lignum subtus scindendum, & lapide intericto serendum. Pari modo & sicut, & reli quarum. Seritur fícus, & si quis ramū uaftiorem, exacutū percutiat malleo, quoad super terram exiguum relinquat, ac deinde arena superiniecta operiat, easq; plantas meliores effici uolunt, quandiu nouellæ extant. Vitis quoq; satio similis cū palo seritur: palus enim ratione infirmitatis palmitem antecedit. Serut hoc modo & punicam, & alias arbores. Ficus, si iuxta scyllam seratur, ocyus crescit, minusq; à uermibus infestatur. Summatim, omne scyllæ appositum, faciliter germinat, celeriusq; augescit. Quæ autem ex trunco, præcisaq; seratur, deorsum uersus sectura inuersa serere oportet, nec palmo minora præcidere, ut retulimus, corticemq; minime detrahere. Seruntur autem ex his ramī, quibus germinatibus, terram semper assidue accumulandum, quoad satis corroborētur. Hic oleæ, myrticq; satus proprius est: cæteri autē communius omnibus competunt. Ficus in radicando præcipua & satione qualibet maxime inter omnes arbores est. Punicas, myrtos, lauros, crebras serere, non plus, quam nouenos pedes distantes, præcipiunt: mállos distantiores paulò, piros amplius, & prunos: amygdalas, & fícos, multo amplius. Simili modo & punicā. Pro loci quoq; ratione interualla relinquendum: in montanis enim minora, quam in campestribus: omniū autem (ut sic dicam) maximum, ut solum commodum, conueniensq; cuiq; tribuatur: tunc enim præcipue quodq; uiget. Ut autem absolute loquamus, oleæ, fico, uitiq; solum campestre maxime competere statuunt: nucum autem, pomorumq; generi, radices montium. Nec inter ea, quibus genus cōmune est, solum accommodandum ignorare oportet. Vitium solo differentia maxime numerosa est. Quot enim genera telluris, totidē & uitium esse quidam affirmat. Quæ cum secundū naturam seruntur, frugifere prodeunt: cum præter naturam, facile sterilescunt. Igitur hæc omnium quodammodo communia sunt.

Satus ex cultura palmarum: genera palmarum. Satio ceterarū arborum, cultus & opera. Defimo, & firmorū generibus. De puluere. Amygdalam ex amara dulcē fieri. Cap. VIII

Palmarum autem satus, cultusq; sequens, præter cæteros, peculiaris esse uidetur: Serunt enim ligna, quæ in fructibus insunt, bina iuxta, composita subter, binaq; superne colligantes: omnia prona: germinant enim non de supinis, cauisq; partibus mittunt, ut quidam uolunt, sed è supernis. Quapropter in eoru coniunctione, quæ superponuntur, minime est operiendum principia, unde germen. Plura autem simul seruntur, quoniam satio unius infirma est. Horum radices amplexu mutuo connectuntur: atq; illico primi ortus promiscui coalescunt, ut unus ex cunctis caudex cōficiatur. Satus ex semenibus talis fieri solet. Ex trunco autē palmæ ipsius, cum partem abstulerunt supernam, qua cerebrum includitur (auferunt autem cubitorum duorum longitudine) quam fissuris humore ipso detracto, defodiunt, solum arenosum, saluginosumq; concupiscit. Idcirco ubi tale non sit, agricolæ salem aspergunt: quod quidem circum radices facere haud quaquam oportet, sed longius amandando accumulare quantū semifextarius. Quod talem appetat locum, illud quoq; argumento capiunt

capiunt: Nam ubi palmarum copia sit, humus arenosa cōcernitur: quippe apud Babylonem qua palmæ nascuntur, sic esse aiunt. Quin & in Africa, & Aegypto, & Phœnico, Syriæ quoq; cauæ cognominatæ, tribus tantū in locis arenaceis eas gigni, quæ condi, reseruariq; possint: reliquas autem, quæ cæteris in locis proueniunt, minime durare, sed protinus putrefcere. Virides tamē suaves esse, gustuq; gratas, atq; ita consumi amant, & crebram rigationem. De simo diuersa sententia est: Quidam enim has simo delectari negat, sed abhorrere omnino statuunt. Alij usum simi concedunt, cremenatumq; magnū capere eo affirmat. Riuis tamen simum misceri opere inquiunt: quemadmodum Rhodij facere solent. De hoc ita quærendum amplius est: forsitan enim alijs hoc modo, alijs illo colere consueuere. Et simū ipsum cum aqua utilem, sine aqua non esse cōtingit. Cum autē anniculae sunt, eas transferunt, & salem adiūcunt, & bimas iterum transferunt; etenim mutatione sedis uehementissime gaudet. Transferūt quidam Vere, sed Babylonij circa sydus. Ad summam, pars maior eo tempore serit, ut & proueniat, & crescat celerius. Nouellam minime tangunt, sed comas duntaxat religant, ut procera assurgat, nec uirgæ torqueantur. Post hæc deputat, cum iam maiuscula sit, & crassitudinem habeat: tantū uirgæ relinquent, quantum magnitudo palmi: quandiu nouella sit, fructum nullo intus ligno producit: postea cum ligno quidam Syrios nullam adhibere culturam, sed purgare tantū, atq; irrorare affirmant. Aquam scaturientē, potius quam pluviā eas quærere aiunt. Tale autē in conualle, qua palmaria sunt, exuberare. Conuallem istam, per Arabiam usq; ad rubrum tēdere mare, Syrios affirmare, ac plerosq; qui inde uenissent, referunt. Eius itaq; conuallis parte cauissima, palmas exoriri enarrant. Sed hæc utroq; modo forsitan fieri possunt: nā pro regionibus, sicut & arbores ipsæ uariant. Culturas quoq; inter se distare, haud pro absurdo intelligi debet. Genera autem palmarū plura. Primū enim & quasi discrimine maximo, quod aliud fructiferum, aliud sterile, quo Babylonij lectos, & uasa conficiunt. Fructiferarum aliæ mares, aliæ fœminæ. Interest est autē, quod mas primū super spatham floret, fœmina fructum oblongum illico præstat. Fructuum ipsorum differētiae plures: alijs nanq; sine ligno intus, alijs cum ligno: & alijs duro ligno, alijs molli. Colore quoq; inter se discrepant: alijs enim candidi, alijs nigri, alijs flavi: ad summam, nō pauciores, quam sicciorum colores, aut absolute genera statuunt. Ad hæc differre magnitudine figuraq; uolunt: quosdam enim in modum esse mālorum, magnitudineq; tantos, ut quatuor tantum in spicam teneantur, alios minutos cicerum magnitudine. Saporibus plurimū differre inquiunt, sed optimū tam inter nigros, quam inter cādidos, genus quod regium uocant, cum magnitudine, tum uirtute: sed rarū id esse: nam tantū fermē in hortis antiqui Batoni apud Babylonem cōperiri affirmat. In Cypro genus quoddā peculiare palmarum est, cuius fructus nunq; maturescit, crudus tamen suavis apprime, dulcisq; est, dulcedinemq; ipsam peculiarē sortitur. Quædam nō fructu modo, uerum & arbore ipsa, longitudine, formaq; reliqua distant. Non enim magnæ, excelsæq;, sed breues, fœcundiores quam cæteræ, trimæ protinus fructificates. Tales etiam in Cypro, in Syria quoq; Aegyptoq; palmæ proueniunt, quæ quadrimæ, aut cum plurimum quiquenes fructificat, hominis altitudine assurgentes. Genus aliud est in Cypro, quod & foliū amplius habet, & fructū multo ampliore, discrimineq; peculiari discretū, magnitudine māli punici, figura oblongum: non tamen sapidum tanq; cæteræ, sed radicibus similem, ut nō deuoretur, sed succo tantū expresso expuatur. Igitur palmæ, generibus (ut dicitū est) pluribus constat. Recondi autē ex ijs fructibus, qui Syriæ nascuntur, illos tantū posse, quos palmaria conuallis parturit, narrat. Qui uero in Aegypto, & Cypro, & alibi gignuntur, hos recentes omnes cōsumi. Est autē palma, quoad simpliciter exprimi possit caudice uno, atq; simplici corpore. Quædā

tamen uel bifidae exeunt, ut in Aegypto, quasi bifurcae statuta caudicis à parte, qua
finditur, uel quina cubita, pars sc̄i inter se se prop̄e partes ipsae assurgunt. In Creta
quoq; plures bifidas prouenire affirmant, quasdam trifidas. In Lapaea uel quino ce
rebro genus quoddam enasci tradūt. Fertilioribus itaq; locis plura eiusmodi, atq; in
totū genera, differētiasq; amplius facilitari cōsentaneum est. Genus aliud est, quod
plurimum gigni in Aethiopia fertur, Cyce uocatū, fruticosum, nō uno caudice, sed
pluribus, & interdū aliquatenus cōiunctis: uirga minime lōga, sed cubitali tantū, le
ui tamen coma cacumini adnexa: folio amplo, & quasi ex duobus minutis cōpacto
forma eximia: fructum figura, magnitudine, saporeq; diuersum, q; cæteræ præstāt,
quippe rotundiorē, gustuq; gratiore, sed minus dulcem. Triennio maturant, ut fru
ctum ueterem habeāt nouo subnascēt. Panes quoq; ex his cōficiunt. De his igitur
uel amplius cōsiderasse oportet. Palmæ autē, quas humiles uocāt, genus aliud est,
quasi æqui uoce dicitū. Nam excepto cerebro uiuūt, & ab radicibus succisæ repulli
lant. Fructu quoq; & folijs distat. Sūt em̄ lato, molliq; folio: ob id sportulas, tegetes,
& capitis umbracula eo contexunt. Quin & in Creta insula multæ, atq; etiā multo
plures in Sicilia tales proueniunt. Sed hæc prolixius, q; proposita res exigeret, dixi
mus. In cæterorum autē satu plantas in contrariū multi permūtāt. Quanq; sint, qui
referre nihilo uelint, minimeq; in genere uitium. Alij pampinum laſciuorē, & qui
amplius fructū protegeret, ita exire, minusq; amitti acinos putāt, atq; hoc idē effici
in fico. Nam si in cōtrarium permūtata feratur, fructū non amittere, scansilem̄q; ita
fieri cēsent: fructū præterea seruare, si quis, dū nascitūr, caulem statim defringat. Sa
tus, generationesq; quo pacto se habeāt, dictum ferè est, prout scilicet formula, no
taq; subsignandi amplecti singula licuit. In cultu & opera omniū, alia cōmunia, alia
singulorum propria esse cōstat. Cōmunia, fossio, rigatio, stercoratio, item purgatio,
& aridorum exemptio. Quanq; secundū plus, minus ue differāt. Aliae nanq; magis
simū, & aquam diligūt, aliae minus: & cupressus, quæ nullo pacto simū, nec aquam
cōcupiscit, sed etiā emori dicīt, si copiose nouella adaquetur. Punica & uitis aquam
diligunt. Ficus cū rigatur, magis germine uiget, sed fructū deteriorē parit: præterq;
laconica, quæ riguis uehemētissime gaudet. Purgari omnia quærunt, melioraq; red
dūtur exemptis aridis, tanq; alienis, quæ tū incremēta, tū alimenta impediūt. Ob id
cum arbor annosa est, eam totā decidunt, germinare nanq; denuò incipit. Maxime
purgatione myrtum & oleā egere Androton autor est. Etenim quo pauciora reli
queris, melius germināt, fructumq; copiosius præstāt, uite excepta. In hac enim plu
ra relinquere ad germinationē, q; ad fructificationē, satius est. Ad summā, & hæc,
& reliqua omnis cultura, pro natura cuiuscq; propria impendenda est. Fimo quoq;
acerrimo, & rigatione copiosissima, ut & purgatione, oleā, myrtū, punicam̄q; egere
Androton inqt. Nec enim medullā eas habere, nec ullo morbo sub terra infestari.
Sed cū arbor uetussta est, ramos decidere, & truncū deinde colere, tanq; denuò satū
oportere. Sunt qui diuturnissimā & ualidissimā myrtum, & oleā esse affirmāt. Hæc
igitur præscrutari quispiā diligentius uelit: & si nō omnia, tamen quod de medulla
putatur. Fimus autē nec pariter omnibus, nec idem omnibus cōuenit. Aliae nanq;
acriore uelle uidentur, aliae minus acrem, aliae penitus leuē. Acerrimus hominis est,
ut & Chartodras, omnium optimū eum esse asseuerat. Secundū suillum. Tertiū ca
prarū. Quartū ouium. Quintū boum. Sextū iumētorū. Stipularius diuersus, diuer
soq; modo addit. Quidā enim illo debilior, quidā efficacior est. Omnibus foſſionem
prodeſſe existimant, ſicut etiā ſarculationem minoribus. Melius enim ita coalescere
aiunt. Puluis quoq; ut nōnulla crescāt uireantq; facere uidetur, ut uua: quāobrem
inferius ſæpe excitant. Nōnulli & ficos ſuffodiunt, ubi puluere opus sit. Megarēſes
etiā peponib; cucumerib; atq; cucurbitis, cū uenti anniuersarij perflāt, puluerē
ſarculo

sarculo excitat, atque ita dulciores, mollioresque reddunt absque rigatione. Hoc igitur concessum indubie habet. Sed uite puluere conspargere, aut ullo pacto tangere, cum uua nigrescere incipit, haud quaque oportere existimat. Sed si unque ita agendum sit, cum nigra omnino reddetur, agendum censem. Alij neque tunc oportere ait, nisi quoad runcandum sit. De his ergo ambigitur. Si quid autem fructum non fert, sed se totum in germina uertit, parte caudicis infimam scindunt, atque lapide interponunt, ut cunctus disiectus, itaque fructificare posse asseuerat. Pari modo & si quam radicis parte secueris, fructum creatum iri. Quamobrem radices uitium summas, quum farmetis luxuriat, euellunt. Fi
 corum non solum radices amputant, uerum etiam obducto cinere obstruunt, & passim 10 caudicem scindunt, itaque fructum copiosius dari affirmant. Amygdalae uel palo ferreo infixo, cum penetratus sit, aliud quernum foraminis facto adigunt, terraque occultant: quod punire nonnulli uocant, perinde ac si arbor iniuria lasciuiret. Hoc idem & in piro fieri solet. Amygdalam uel ex amara dulcem effici uolunt, si quis caudice circunfossa, praeterforatoque, mensura dodrantali, undique lachrymam effluentem in idem defluere sinat. Sed hoc tam ad fructificandum, que ad bene fructificandum conferre creditum est.

Quae fructus amittant antequam percoquunt. De caprificatione. De conditione flatuum.

De culicibus ficarijs. De remedio ad culices.

Caput IX

20  Ructum autem anteque coquunt, amittere possunt, amygdala, malus, punica, pirus. Omnia maxime fucus, & palma, quibus uel auxiliu magnopere queruntur, unde & caprificatione coperta habetur: nam ex pomis annexis culices egrediuntur, & peruia reddunt fucum cacumina. Regiones quoque ad iacturam fructuum differunt: quippe cum in Italia iacturam fieri negent: quamobrem caprificationis usus terrae illius incolis nullus penitus est. Nec in aquilonis, & macrosis locis id desideratur, ut in Phalico Megarensis agri, & partibus quibusdam agri Corinthij. Flatum quoque conditio parvioratione referre uideatur. Aquilonijs enim potius que australibus fructus decidunt: & si crebriores, uehemetioresque fuere, maior iactura sequatur necesse est. Itē natura ipsarum arborum refert. Praecoques enim amittunt, serotinæ haud quaque amittunt, ut laconica, & aliæ quædā: quamobrem eas caprificare minime assalent. Haec igitur locis, generibus, cœliisque ratione discrimen recipiunt. Culices uero ficarij, pomis caprifici egrediuntur, ut dictum est. Sed ex putrescentibus eorundem granis lignuntur, cuius indicium afferunt, quod postque euolauerunt, grana sicubus nulla penitus insunt. Euolat magna ex parte, pede, aut pennâ relinquentes in pomo. Est uel alterum culicis genus, cœtinæ uocatum, quod ociose uiuit, quemadmodum fuci inter apes, & quos ex altero genere sua poma ingressos adspexerit, protinus necat: id uero suis mortis operculis. Laudantur caprifici potissimum nigræ, ex locis ortæ saxosis: ob rationem, quod permulta istæ grana continent. Noscit quæ apte culicibus emergerint, quod rubræ, & uersicolores, & robustæ constant: contraria, quæ minus apte, albæ, imbecillesque certununt. Apponuntur ficias, quæ scilicet eam operam desiderant, cum pluerit: ubi uero plurimus sit puluis, ibi plurimæ, ualidissimæque caprificus exeunt. Quin & poliū culices gignit, cum copiose fructificat. Et ulmis foliculis genus quoddam bestiolarum innascitur, quod cnipes appellatur: qui cum in ficias gignuntur, ficarios illos culices deuorant. Huius remedium cacos statutum alligados: in eos enim uertere sese culices inquiunt, sed ficias quidam auxilia istiusmodi coperta habentur. Palmis autem muscularum coitum referunt: hoc enim & perdurare, & maturescere fructus potest. Caprificatione ob similitudinem quidam rem appellauit, quæ sic fieri solet: Dum musculara floret, spatham absindentes, qua flores emergunt, protinus, ut lanuginem, & florem, & puluerem continet, super fructum foeminæ decutiunt. Illa sic eo aspersu afficit, ut suos fructus nullo pacto amittat, sed cunctos conservet. Unde fit, ut bisario adiumento mas esse foeminæ ualeat. Fructifera nam enim foeminæ uocant. Sed alterum ueluti coitus, alterum ratione alia contingit.